Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



61

·I·

et benedicat deus sanctus meus. ad·iii. an. In domo domini letantes
ibimus. ad·v. ant. Benefac domine bonis et rectis corde. ad·vi·a.
Benedicat tibi dominus ex sion et videas bona iherusalem. ad vel.
ant. Custodit dominus omnes diligentes se. ant. Laudate de-
um meum in omnibus meis. ant. Deo suo iucunda sit laudatio.
ant. Laudate iherusalem dominum. Capitul. Benedictus de-
us magnus dominus noster. ℣. Vesperum oro ascendat ad te domine. ad.
mag. Fiat glorificatio et pretiosum domini in conspectu tuo assistentia
omnipotens semper. de infirmitatem nostram propitius oculos
respice atque ad protegendum nos dexteram tue ma-
iestatis extende. per. dn. Dominica secunda post octauam epyphanie
Iustificati ex fide pacem habemus ad dominum. lectio prima.
per ipsum xpm dnm nrm per quem et accessum habemus per
fidem in gratiam istam in qua stamus et gloriamur in spe glo-
rie filiorum dei. Non solum autem sed et gloriamur in tribulatio-
nibus scientes quia tribulatio patientiam operatur. patientia au-
tem probationem. probatio uero spem. spes autem non confundit. quia caritas di-
uinitus diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. R. ij.
Adhuc enim xpc cum adhuc infirmi essemus secun-
dum tempus pro impiis mortuus est. Vix enim pro iusto
quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori.
Commendat autem suam caritatem in nobis deus. quoniam
cum adhuc peccatores essemus. xps pro nobis mortuus est. Multo
magis igitur nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus
ab ira ipsius. lectio iii. Si cum inimici essemus re-
conciliati sumus deo per mortem filii multo magis recon-
ciliati salui erimus in uita ipsius. Non solum autem sed et
gloriamur in deo per dnm nrm ihsm xpm per quem nunc re-
conciliationem accepimus. Sicut per unum hominem peccatum